



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

G.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

tię, licet ius ciuile non concedat actionem. Sc-  
tus dicendum de obligatione naturali orta ex  
honestatis, & gratitudinis debito, *lib. 1. disp. 7.*  
*nu. 15.*

5 Famulus non perens salarium triennio,  
non amittit illud in foro conscientię, *l. 7. disp.*  
*37. nu. 17.*

## G

## Græcus.

1 GRÆCIS nunquam licuit, nec Latinis ma-  
trimonium inire post sacrum ordinem,  
& Græcus sacris initiatus, non potest mortuę  
uxore aliam ducere, *lib. 7. disputat. 28. numm.*  
*3. & 4.*

2 Differentia inter Græcos, & Latinos in  
sacris ordinibus constitutos, hæc est, vt Græ-  
cis liceat post coniugium ad sacros ordines  
transire, & vti matrimonio antea contracto  
absque peccato, dempto tempore, quo altaris  
ministerio deseruire, vel consuetudine, vel le-  
ge debent, quod Latinis est interdictum, *l. 7.*  
*disp. 28. nu. 5. & 6.*

## Gratia.

1 Gratia, vt valeat, vel quæuis dispositio,  
non desideratur scriptura, nisi lex eam petat, *l.*  
*3 disp. 35. n. 10.* Nec expirat ante reuocationem,  
*l. 3. disp. 30. nu. 11.*

2 Gratia non prodest, donec veniat in no-  
titiā eius, cui conceditur, licet concedatur  
per modum statuti, & constitutionis. Satis ta-  
men

men est notitia nuntij aut procuratoris, quo mediante privilegium impetratur, & non sufficit intimatio cuiusdam tertij, sed requiritur nuntius destinatus. Unde parochus, qui concesserat licentiam assistendi matrimonio cuidam sacerdoti, & ille ignarus licentiæ assistit, validum est matrimonium, si concesserat nuntio ab illo Sacerdote missò: Secus dicendum, si concesserat motu proprio parochus licentiam, vel ad instantiam alterius non missi à Sacerdote, & si reuocata sit licentia, sacerdosq; ignarus reuocationis assistens, validum est matrimonium. Item licentia potest ad libitum reuocari, l. 3. tota disp. 36.

3 Verba gratiæ ita operari debent, vt nec vna syllaba sit superflua, l. 3. disp. 26. nu. 6.

4 Gratia ex motu proprio est subreptitia, quando non fit mentio prioris strictioris, lib. 8. disp. 22. nu. 8.

5 Gratia, seu literæ sacrae pœnitentiariæ suo valore non frustrantur, si aperiantur ab eo, qui non est doctor, l. 8. disp. 34. nu. 12.

## H

*Habitatio.*

1 **H**abitans in duplici parochia æqualiter morali modo, potest indifferenter coram parochis vtriusque matrimonium inire, & vtrique confiteri, & quando sunt duo parochi in solidum vnius parochiæ, potest alteruter, altero inuito, ministrare sacramenta, li. 3. tota disp. 24.

2 Ha-